Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Solii Episcopus Assistens. Universis, et singulis presentes literas nostras visuris fidem in dubium fa-
cimus qualiter Nos ad majorem Omnipotentis Dei gloriam
Sanctorumque suorum venerationem, sacras Re-
liquias de mandato SS. D. N. PP. e Coemeterio
Calepodii extractas, et a Sacra Congregatione Indul-
gentiarum, sacrarumque Reliquiarum recognitas,
et approbatas, inclusas in capsula lignea, Charta
depicta cooperta, vittaque serica rubei coloris liga-
ta, bene clausa, nostroque parvo sigillo obsignata,
ad effectum apud se retinendi, et alteri donandi,
extra Urbem mittendi, et in qualibet Ecclesia, vel O-
ratorio publico fidelium venerationi collocandi,
ac exponendi, dono dedimus, et consignavimus Illu-
strissimo ac Reverendissimo Abbati Archidiacali, et
Exempti Monasterii B. Mariæ, et S. Joannis Bapti-
stæ in Stambs Cistercienses Ordinis Geogio (lege, Geor-
gio), ad Instantiam Patris Francisci Lachemayr
ejusdem Ordinis, ac Monasterii Professi, Secretarii,
ac in Romana Curia Procuratoris, Nempe Corpus
sancti Julii Martiris, Nomen proprium, cum lapide
marmoreo, et Vase Sanguinis, et Corpus sancti Ubini
Martiris cum parte Vasis Sanguinis, et lucerna, nec
non cum lapide teneo. In quorum fidem has
presentes litteras manu nostra subscriptas, et nostro
sigillo firmatas expedi jussimus. Datum Romæ
die 5 Mensis Aprilis Anno 1688.

Jsæph (lege, Joseph) episcopus Porphyrien.
Gratis ubique omnia. (L. S.) Gaspar Fabrinius
Regist. f. 83. Secretarius.

Hæc de nominibus S. Martyris nostri. An Julius fue-
rit nomen familiæ, an Marcellus; non multum
disputo. Constat utramque fuisse Romæ clarissimam.

Jam Quæritur, an cum omni domo sua fuerit con-
versus ad Christum; cum Lapis demonstret, parentes ejus
fuisse superstites. At lapis ipse probat, etiam parentes
ejus fuisse Christianos, dum lapidem posuerunt. Signum
☧ Christianum fuisse dulcissimum filium, causa
palma apposita insculpta eundem Christi Martyrem, fuisse con-
silebantur. Ergo Filius jam adultus (procere exo-

Quamvis autem signum D. M. in sepulcris gentilium pro Diis Manibus poni consuerit epita-phio præfixum sit; id tamen non tam Deos Manes, quam divos manes pro diis Manibus, quam pro divis manibus, sensu christiano, positum esse, reliqua, quæ ante dixi, commonstrant.